Continentur in

~~... assertiones ...~~

2. Theoremata theologica et publi[ce] ... de Io: Baconis doctrina disputanda

3. Conclusiones theologicae ad me[ntem] ... Doctoris subtilis

4. Conclusiones theologicae

Conclusiones de ... Trinitatis ... disputandae

6. Theses theologicae disputandae

7. Conclusiones theologicae disputandae

8. Theses theologicae disputandae

9. Theses theologicae disputandae

10. Conclusio theologica ... disputanda

Theses theologicae disputandae

... P. Doaae de R...

De veritatibus theologicis disputatio

De cultu ... disputatio

Theoremata theologica

... theologica ad mentem D. Thomae ...

...

Conclusiones theologicae disputandae

Theoremata sacrae theologiae disputanda

Theses theologicae ... disputandae

De theologica ... assertiones disputandae

Conclusiones ex universa ~~...~~ theologia

23. Theses ex sacra theologia ...

24. Conclusiones theologicae ...

25. Conclusiones ex universa theologia


2... Assertio ex universa ... theologia

... Assertiones theologicae ... disputandae

I

34-4-I-3






THEOREMATA
CVM THEOLOGICAE,

tum etiam Phylosophicæ facultatis ex Resoluti

IOANNIS BACONIS
Doctrina dessumpta,

Quæ publicè disputāda proponit

F. Bartholomeus Argentus Hyspanus
Ordinis Carmelitarum.




PATAVII, M. D XC.
Apud Laurentium Pasquatum.

ILLVSTRISSIMO

AC REVERENDISSIMO D. D. HIERONYMO BERNERIO S. R. E. CARDINALI

Asculanoq; Antistiti Amplissimo.


Frater Bartholomeus Argotus Hyspanus.
S. P. D.



Os antiquus iis gentibus extitit,
Quos natura suis vexit in actibus,

Diuino minime lumine præditos
Obſeruatus & admodum.
Vt primos alicui fructibus ex ſuis
Sacrarent ſuperum propitio ſibi,
Quò poſsent melius cætera proſſequi,
Virtutiq; operam dare
Hinc ſacrata Ioui plurima xenio,
Hinc Tot tēpla Deæ, Tantaq; Palladi,
Hinc tot Sythonio Pyramides Deo
Traduntur ſine termino
Me Virtus, probitas, ac ſapientia,
Me Splēdorq; tuus, sūma benignitas,
Sūme clarus honor, nomē & optimū
Quo fulges ſuper æthera,
Tam ſtrictum retinent, & tibi deditum,
Vt clarum potius te vel Apollinem,
Aut Maiæ genitū Mercuriūm arbitrer
Aſtris quemue morantium
Quam

Quam mortali hominum ſanguine viliū
Ortum,(mēbra licet corporis ipſemet
Clarè perſpiciam lubrica terrei,
Et mortalia pondera)
Hinc ſacrare meas hæc Theoremata
Lætus nunc volui primitias tibi,
Fructus ex ſtudiis quos peperi meis,
Ex primiſq; laboribus
Hæc ergo placido pectore ſuſcipe,
Cultus ſunt etenim ſigna potisſima
In te grati animi, pectoris & mei
Argumentaq; feruidi.



D. HECTORIS DE IVGIS

EPIGRAMMA.



Elius expertus quondã tria munera fertur
Quod sit Sol superis, æthra vagusq; tranet.
Fortia præterea læua quod spicula gestet.
Nam miseris vitam sustulit, atq; dedit.
Magnanima Argotum soboles, dum mente reuoluo
Eximias dotes, ingeniumq; tuum,
Numine diuorum est eadem tibi cessa potestas,
Nomen qua clarum, spoliaq; ampla refers
Consilio superum adiunxit te sacra Minerua
Mortalem, Sophia teq; per æthra vehis
Deniq; Calliope vt posses tua nomina cartis
Mandare æternis, notus & esse Sophis
Ingenioq;, animisq; tuis hæc munera cessit,
AEthere nunc, terris, syderibusq; nites
Ergo atauis claris (Berneri amplissime,) largas
Argoti accipias, quas tibi sacrat opes.
Haud operis tanti iuuenem contendere molem
Mireris, virtus uiuida mente sedet.
Nam ferrum vt scilicis scintillam excudit, acutis
Sic opera ingeniis abdita sœpe labor.

CONCLVSIONES.
EX SACRA THEOLOGIA.





ST Deus Omnipotens ſubiecto ſacra facultas,
Quem pro totali ſuſcipit iſta ſuo,
Vt tamen ex ſacra ſcriptura cognitus extat,

Non

Non deitatis enim sub ratione suæ,

Vltima quē circa versatur nostra uoluptas
Finis amatus vti pectora nostra mouet.

Est sīplex ita, quod distinctio nulla realis
Inter ea existat quæ attribuuntur ei.

Sed distīcta ex natura sua ī ordine nostrā
Ad mentem, sūma simplicitate, manēt.

Ipsius vnde frui natura nemo valebit,
Qui non personis sit simul atq; fruens,

Vna nec poterit si non aliaq; fruatur
Persona ex illis mensue creata frui.

Debetur patri generandi īmēsa potestas;
Censeo propterea suppositū esse prius

Vnde

Vnde ordo quadruplex ē, nēpe relatio pri-
A natura oriens, ſuppoſitūq; dein. (ma

Poſt hoc gignēdi ſequitur vis tertio &actus,
Suppoſitum hæc propriè cōcomitātur .n.

Præterea ſequitur poſtrema relatio tandem,
Suppoſitū primum qua incipit eſſe pater.

Subiectū in generaudi actu ē eſſētia uerbū,
Verum forma velut, non quaſi materia.

Et ratio formalis eū actum principiandi
Natura ipſius dicitur eſſe quoq; .

Et pariter pro termino eā generatio ſūmit,
Quāquā reſpectū ſentiam habere ſimul.

Filius vt pater omnipotens æqualiter extat,
Is licet actiuè non generare queat.

Spiritui uero sancto est manare necesse,
Nec libertatem denego adesse tamen.

Suppositis fas est illum manare duobus,
A quibus ex uno prouenit ipse sicut.

Perq; voluntatis manare opus arbitror ipsũ,
Non per naturæ dicitur esse modum.

Et licet à Verbo haud esset, distictus ab illo
(Non tamẽ ut nũc est) supposito ipse foret.



EX PHYLOSOPHIA DE DEO.



A Summo esse Deo cælestia corpora, tanquã
A fine,& mentes sensit Aristoteles.
Sed motus tamen efficiens existimat ipsum,
Omnis enim motus semper agentis eget.

Vnde modo nullo, q; sit, valet ipse probari,
Quam motu physico, quæ via tuta manet.

Attamen æternè sistens immobilis extat.
Est simplex, quamuis omnia contineat.

In genere ē posit⁹ sic,ut quoq; sit gen⁹ extra.
Si imperfecta ab eis amoueantur, erit.

Nulla illi virtus est infinita vigore,
Hæc nec Aristoteli cognita nanq; fuit.

Esseq; multiplicem ipsius natura reclamat,
Quicq; hoc probarit, nullus hucusq; fuit:

Est etiam Talis quod se ipsū intelligit unū,
Vt renitent in se cætera quippe uidet.

Nō etenim tā summæ, & claræ cognitionis
Obiectum uerum,aut terminus esse queūt.



DE

INTELLIGENTIIS.



ED reliquæ mentes nō hac bonitate refulgent,
Nanq; poteſtate eſt prædita quæq; ſua.

Nulla tamen naturalis tribuenda poteſtas
Eſt illis, quæ vnam materiam ſequitur.

Eſt in eis merito uera aſsignanda uoluntas,
Nanq; bonum & finē concupiūt & amant.

Cum ſeipſis non eſt idē intellectio earum,
Non etenim tantum ſimplicitatis habent.

Mens aliud pariter quæcunq; intelligit à ſe,
Obiectũ ſuperans omnia, nempe Deum,

Ac ſimul inferior quãuis quæ deſuper extat,
Quæ velut obiectum eſt efficiens in eam.

In ſuper & per naturam ſe intelligit ipſam
Quæq;, intellectum nã mouet ipſa ſuum.

Inferiora ſibi cognoſcit ſingula, poſtquam
Cognouit ſe ipſam, ex cognitione ſui.

Materiæ, & formæ mixturam reiicit omnẽ
Quælibet ex iſtis mentibus omnimodè.

Et quo quæq; Deo exiſtit vicinior uni,
Eſt tanto ſimplex, nobilis atq; mage.

Sũt etiã ſtabiles prorſus (licet uſq; mouẽtes)
Motores iſti, corpore nanq; carent.

Attamen ex actu sunt, atq; ex posse reali
Compositi, simplex est Deus unus enim

Sĩgula mẽs ut agẽs corpus cæleste reuoluit
Principium motus particulare suum,

Quippe intellectusq; uoluntatisq; per actũ,
Perq; facultatem, Tertia quæ exprimitur.

Non tamẽ hoc pura cũ libertate operãtur,
Sed natura illas incitat ipsa sua.

Nec sicuti formæ dãt simplex orbibus esse,
Assistentis enim sub ratione mouent.



DE ANIMA.


ST intellectus formalis corporis actus,
Subiecto uerè nanq; dat esse suo.
Non tamen est ex materia commixtus, &actu
Formali, siquidem purius esse colit.

Et si cõpositũ ex actuq;, ex posseq;, tãquàm
Rebus diuersis esse putamus eam

Et

Et toto ſicuti reperitur corpore totus,
Sic pariter quauis parteq; totus ineſt.

Et q̃q̃ partem extẽdatur corpus in omnem,
Prorſus inextenſus ſed tamen ipſe manet.

Non ideo forma aſsiſtens eſt corporis ipſe,
Vt Commentator lapſus ab arte docet.

Non intellectũ cenſemus in omnibus unũ,
Multiplicatur enim corporis actus uti.

Viliter in Sophia eſt peccans hæreticus iſte,
Conuinci quoniam per ſua dicta poteſt.

Intellectus item eſt actiua potentia quædã,
Et naturam actus in genere entis habet.

Hĩc ĩtelligere haudquaquã (me iudice) pura
Paſsio, ſed certe eſt actio uera magis.


Intellectus agẽs propter phantasmata poni
Debet, quæ reddit lumine clara suo.

Nanq; ob possibilẽ minimè ponẽd⁹ is esset,
Cum sua per se ipsum munera ritè gerat.


Est re nulla animæ distincta potẽtia ab ipsa,
Ex propria solum sed ratione quidem.

Hoc autem de anima dicẽdũ cẽseo quũ auis,
Seu noscens sit, seu sentiat, aut nutriat.

Atq; idem de omni, quæ sit substãtia, forma
Duco censendum iudicio esse meo.



DE COELO.





EST animata autem quædam subſtantia cœlum,
Cui præſens ad opus mens ſine mole ſedet.

Materiam renuit cum ſit natura perennis,
Prædita non parua ſimplicitate quidem.

Et ſi quā retinet, uariā reputamus ab illa,
Ex qua compoſita hæc inferiora manent.

Cælica producunt effectus corpora plures,
Omnibus atq; in iis efficienter agunt.


Non cœlum ratione suæ producit ad extra
Formæ, sed motu, aut lumine quæq; facit.

Nec quoniam causas quasdam determinet, ipsis
Effectis, ideo dicitur esse mouens.

Sed quia ꝙ causat per motũ, ex ore Sophorũ,
Communi, meritò fertur id esse mouens.

Ex nihilo cælum productũ est, atq; creatũ,
Sit licet æternum, sit quoq; fine carens.

Idq; ab Aristotelis dictis deducitur esse
Fx nihilo fieri nil licet ipse uelit.



DE MATERIA ET FORMA.



Ateriæ primæ propria est essentia quædam,
Quam nullo formæ munere prorsus habet.

Attamē unūquēq; actū remouem⁹ ab ipsa,
Cum nil, quam purum posse, sit esse suū,

Vnde nec ipsa potest precisa existere forma,
Talem quippe actum nō, nisi forma, uehit.

Præceditq; in ea uerè dimensio triplex
Corporis, & semper concomitatur eam.

Non

Nō ideo hāc forma credā gaudere perēni,
Vt malè perpendens est Auicenna ratus.

Cūq; duplex sit, nēpe remota, & proxima ta-(lis
Materies, actus dicitur vtraq; inops.

Compositam uerò deducimus esse secūdā,
Addit .n. primæ materiæ ipsa gradum.

At forma est actus, præcedit in esse reali
Qui generandi actum tempore perpetuo.

In formare tamen pacto non dicitur ullo
Materiam, quam sit res generata, prius.

Tuncq; à materia est distincta realiter ipsa,
Actus enim nomen vendicat illa sibi.

Et pro subiecto generatio utranq; requirit,
Ex tota Sphæra Sphæra resultat enim.

Prin-

Principiũq; cur hoc aliquid ſit particulare,
Solum forma iſthæc, arbitror, eſſe poteſt.

Secta cur ĩ numerũ natura caduca niteſcat,
Formam, non aliud, princi p ium eſſe reor.

F I N I S.



DISPVTABVNTVR.

PVBLICE

IN PATAVINO CARMELO

AVSPICIIS

Ad. Reuerendi Patris Magistri Andreæ Targhetti Philosophi,

Theologiq; Celeberrimi,

Ac in Patauina CARMELITARVM

ACADEMIA

Moderatoris suiq; præceptoris Vigilantiss.

ANNO DOMINI M. D. LXXXX.

Mense Die & Hora.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.



Pataūij. Apud Laurentium Pasquatum. MDLXXXX.

Typographum Almæ Vniuersitatis Iuristarum.


Dignare me Laudare te